

1753	<p>De ORATORIO S.ti CAROLI siti in loco campestri.</p> <p>Longe ab hac vicinia Gorla ad quingentes circiter passus abest hoc Oratorium, cuius erectionis annus ignoratur.</p> <p>Ad honorem, et memoriam S.TI CAROLI fuit dicatum.</p> <p>Unica navi constat, cuius longitudine est cubitorum duorum supra triginta, latitudo decem e septem circiter, altitudo viginti.</p> <p>Janua in medio frontispicij adaperitur; per eamque aequo piano ingressus fit à piano mavis supereminet Capella duobus gradibus è marmore excisis.</p> <p>Sub fornice ea est, ornaturque sacris picturis; pavimentum habet calce arenata stratum. Altare parieti posteriori adhaeret duo gradus marmorei, nec non bradella ad illud ascensum praebent. Duo item marmorei gradus in utrumque Altaris cornu protenduntur ad usum inibi Crucem, et candelabra collocandi.</p> <p>In Altari id unum animadversione dignum fuit, aram lapideam ita mensa insertam fuisse, ut ejus longitudine ad Altaris cornua respi- ceret. Turris campanilis adhaeret Capella ad Aquilonem, campanula una est;</p> <p>Capella item adhaeret Sacristia ad meridiem, eaque satis ampla ; tegitur opere concamento; sternitur arenato; in reliquis satis convenit cum istructionibus Sancta Mediolanaensis Ecclesia; situla ad manus Sacerdotis abluedas desideratur.</p> <p>In hoc Oratorium convenire solent Confrates SS. SACRAMENTI ad horarias preces persolvendas Rev.dus CAROLUS GALLUS , administrator dæbet capsae libras OCTO supra nonaginta, denarios SEX .</p> <p>Pro Oratorio S.TI CAROLI</p> <p>Petra sacra ita dirigatur, ut ejus longitudine ad posteriorem et anteriorem Altaris partem respiciat</p> <p>In Sacristia ponatur saltem situla ad manus Sacerdotis abluedas.</p>	CAMPANILE	CONFRATERNI SS. SACRA- MENTO
------	---	-----------	------------------------------------